



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Conciones siue Conceptvs Theologici Ac Prædicabiles R.
D. Petro Bessæi SS Theol. Doct. Reg. Galliar. Oratoris**

Besse, Pierre de

Coloniae Agrippinae, A. M.DC.XXIX

Feria III.[sic!] Post Domin[icam] II. Qvadragesimæ.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56232)

lām sugillans, dicebat non esse proprium Episcopo, sed aulæ regiar, exotica piscium & altitium nomina nolle. Euangelium plura addit, & ait: *Volunt vocari Rabbi; salutationibus vulgi inuigilant, ac captant fufurros plebecular, honorati & saluari gestiunt. Neque enim iam amplius Dominus Episcopus, sed Dominus meus, inualuit.*

O vanitas vanitatum, ô tempora infelicia, ô calamitatem & infortunium inauditum! ætuum, præsertim, ô Gallia, quæ plena es huiusmodi Episcopis, quin & pueris, vsic dicam Episcopantibus. Vere igitur lachrymans ac suspirans de te Propheta illud dixerit: *Pro patribus tuis nati sunt tibi filij. Loco Martiniolum, Hilariou, Martialium, Dionysiorum, Remigiorum, qui dicebant & faciebant, iam pueros consecuta es, qui nec dicunt, nec faciunt: nec enim concionari, aut bene operari norunt.*

Quamobrem, Deus æternæ, pastorum omnium Pastor, Episcoporum omnium Deus, & summum Ecclesiæ caput, fideles Ecclesiæ tuæ ac probatos pastores procura, præclaros ei Doctores elargire, concionatores & operarios strenuos in eam mitte, concionatores, inquam, qui vitia & flagitia coarguant; Doctores, qui hereses, & prauarum opinionum pullulantes propagines eradicent; Præsules & Antistites, qui commissio sibi gregi cum laude sciant præesse. Quin etiam Domine, concede, ne pastores illi, quos super Ecclesiæ tuam constitues, Phariseis hisce similes reperiantur, qui dicunt, & non faciunt; verum, vt incipient & facere, & docere, vt doctrina doceant, & operibus alios edificent. Porro, quando ingens felicitas illa affluerit, vt tales in cathedra Petri considerent, facientes scilicet & docentes; nos, quod nostrum erit, Omnia quæcunque dixerint, seruabimus & faciemus. In quo summa Euangelij nostri perfectio, & æternæ salutis exordium positum est: ad quam nos sanctissimæ Trinitatis membra, Pater, & Filius, ac Spiritus sanctus perducere dignentur.

Amen.

* *

Partitio:

- 1 De ambitione perniciofa.
- 2 De tempore & genere petitionis.
- 3 De animo tale petentis.
- 4 De responfo Christi negatiuo.

Tunc accessit ad eum mater filiorum Zebedæi, cum filiis suis, adorans & petens aliquid ab eo. Matth. 20.

FIGVRA.

BETHSABEE illa Dauidis vxor, superba 3 Reg. 11
quam quæ maxime, & honoris sitientissima, coniugem suum ac Regem lecto desitum, ac sub graui agitudine fatiscientem, extremosque trahentem spiritus, contemplata, genibus in terram prostratis, coram illo supplex procidit, cum lachrymis & magna animi demissione supplicans, hæc vt ei viuens gratiam concedat, vt filius eius Salomon a morte patris in regnum & sceptrum paternum possit succedere. Hoc in nostro mihi Euangelio videor ad oculum expressum cernere, aut aliqua saltem ratione adumbratum. Contemplor enim hic non vxorem Dauidis, sed Zebedæi: quæ inani typo superbie, & ambitione inflata, vt filios ad honorem sublimatos videret, cernens Christum ad mortem sese præparantem, ac non nisi de morte verba facientem, eum accedit, ac genibus in terram prostratis eum adorans, supplici ab eo oratione postulat, vt filios suos commendatos habeat, & iam ad coronam euectus, vnum a dextris, alterum a sinistris colloct. Hoc ambitionis exemplar in matre hac expressum, hodierna vobis die ob oculos proponere, & spectandum præbere decreui: si Paracletus nobis Spiritus sua gratia, & Deipara Virgo suis ad Deum precibus adesse dignentur. Recitemus itaque

Ave Maria.

I.

Timon Philosophus, cum de vitis & prauis animi affectibus ageret, dicere sole. Timon bar,

ambitione
omnium
malorum
fontem ef-
ficat.

Senec. ep. 95.

Matth. 4.

Ambitiosi
ei giganti-
bus collati.

bat, omnium malorum originem ac fontem, & veluti elementum vancam ambitionem esse. Quod genilis ille Philotophus, naturae tantum lumine illustratus olim dixit, id ipsum & Bernardus Christianus, & fidem edoctus, iisdem pene verbis: *Radix iniquitatis ambitio, subtile malum, pestis occulta, Sittiorum origo, virtutum arugo, tinea sanctitatis, excacatrix cordium.* Diuine plane & erudite. Seneca quoque Philotophus, iisdem veltigiis insistentis, ambitionem vehementi turbini, ac procelloso comparauit: *Ambitiosus instar turbini est, qui capta conuoluit, sed ipse antea voluitur.* Equidem diabolo eam comparauero, qui Iesum in deserto aggressus, eum modo ad templi pinnaculum, modo ad sublimia montium cacumina subuexit, vnde omnia ei mundi regna ostendebat dicens: *Mittete deorsum.* Ambitio enim nihil profecto est aliud, quam furia quaedam infernalis, aut furem quidam diabolus, qui homines in deserto mundi huius commorantes, versute & subdole aggreddens, modo eos ad templorum pinnacula, ad dignitates Ecclesiasticas obtinendas; modo ad fastigia & montes dignitarum, muniurumque subleuat; e quibus iis coronas, honores, ac mundi huius pompas velut ante oculos positas ostendit; simulq; auribus insuffurat, ac suggerit: *Mittete deorsum.* Subleua te, extolle te, fortunam tuam constitue, rem tuam confirma; hinc te dato praecipitem, & profundo huic, & abyssio te immerge.

Fabulantur Poetae, & nonnisi fabulantur, gigantes illos olim, immania illa corpora, Pelion Ossae, ac Taurum Olympo, vt hac ratione superis Jouem detruderent regnis, imposuisse, sed fulmine coelitus vibrato omnes ad terram prostratos captis destituisse. Verum hoc temerario gigantum ausu, & impio conatu, ambitiosorum mihi naturam optime expressisse videntur. Ambitiosos enim vere gigantes esse dixero, quippe quibus nihil in rerum ordine extet: aut deformius, aut monstruosius. Hi sunt scilicet portentosi illi Briarei, centum manus habentes, vt rapiant & comprehendant. Hi sunt oculati illi Argi centum corpore oculos gestantes, vt omnibus visis omnia concupiscant;

Hi sunt spiritus illi mobiles, & omnia mouentes, qui dignitatem dignitati, muuus mueri, diuitias diuitiis inltar montium superimponentes, caelo oblectati praesumunt. Hi sunt nefandi illi posterii Cain, in facis literis gigantes appellati, qui propter vitiorumq; peruerfionem, infortuniorum, calamitatumque diluuium, regnis & imperiis subinlerunt. Hi sunt superbi illi Nemroth, qui fortunaram suarum molem, veluti turrim Babel construere inchoantes, mille Respubl. confusionibus replent, ac totum terrarum orbem perturbant.

O rem inauditam! Gigantes solum aduerfus caelum arma mouerunt: at ambitiosi vbiq; arma in caelum, simul & in paradifum terrestrem, in Iesu Christi sodalitatem, deniq; in totum mundum arma sua tulerunt. Vix namq; concupifis gigantidum erat caelum, quin ecce statim gigantum princeps, & ambitiosorum coryphaeus Lucifer, montes illos caelestes concutit, & exclamat: *Ascendam in caelum, & ero similis altissimo.* Adam vix in paradiso subltiterat, quin statim turgere & superbe coeperit, ambitioniq; auscultarit, dicenti: *Eritis sicut Dij.* Vix Christus in mundum venerat, quin duos eius discipulos ambitio occupet, similes ei esse gestientes, ad dexteram, scilicet eius hinc, & ad sinistram illinc in regno eius sedes affectando.

O infelix ac detestanda ambitio, quid non mortalia pectora cogis! quo miseros mortales non praecipites agis? Per te factum est, vt Abimelech Gedeoni, filius 70. fratres suos interfecerit, vt hac ratione ad regnum perueniret, & vt seipsum deinde etiam parirone interemerit: *Et venit in domum patris sui in Ephra, & cecidit fratres suos 70. viro super lapidem vnum.* Per te factum est, vt Athalia Ochofia mater, ambitione tumens, omnem regiam posteritatem dele-re & excindere parauerit, vt hac via regnum ad se deuolueretur: sed paulo post Joiadam suscitasti, qui ei quoque vitam auferret: *Athalia vero mater Ochofia, videns filium suum mortuum, surrexit, & interfecit omne semen regium.* Per te factum est, vt superbus ille Aman, in Iudaorum omnium salutem ac vitam conspiraret, ac deinde ope & auxilio

Gen. 6.

Esai. 42.

Judic. 7.

4. Reg. 15.

Judææ mulieris vita simul & Regis favore exaceretur: *Suspensus est itaq; Aman in patibulo, quod parauerat Mardochoo.* An non igitur merito exclamem, O ambitionem infelicem ac detestandam! Vt pote, quæ ad hoc nos incitat, ad quod perfidus ille Achitophel Absolonem olim incitauit. Persuasit nefarius ille consultor Principi adolescenti, vt aduersus patrem infurgeret, ac regnum attentaret, inquam rem duodecim ei hominum millia ad bellum delegit: vnde factum est, vt Absolon è bello fugiens ex quercu suspensus interfectus sit. Ita quoq; perfida illa nos incitat, impellit & in aciem cogit descendere, vt honores consecemur: verum sæpenumero contingit, vt nobis exitium adferat, ac suspensû ex ingenti illa mundi arbore miserum in modum vitam amittamus.

2. Reg. 16.

Exod. 14.

Hoc ipsa quoque nobis, quod Pharaon exercitui suo fecit: nam cum ille copias suas armatas in aciem produxisset, vt in qua iniusta que expeditione populum Dei prosequerentur, in medio maris Rubri gurgite omnes amisit: *Reuersa sunt aqua & operuerunt currus, & equites cuncti exercitus Pharaonis, qui sequentes ingressi fuerant mare, nec vnus quidem superstit ex eis.* Sic nos quoq; ambitio in aciem producit, omnibus nos honoribus armat, præter fas & æquum alterius nos facit dignitatibus inuidere, ac subito in diuinorum iudiciorum voraginem & abyssum nos demergit.

Matth. 8.

Huius adumbratam similitudinem in dæmonibus intueor, qui, *excuntes abierunt in porcos: & ecce magno impetu abiit totus grex per præceps in mare, & mortui sunt in aquis.* An non hic edocemur, diabolum ambitionis, vbi semel animas nostras inuasit, & iis dominatus fuerit, eas in mare æternæ damnationis præcipites dare? Ambitio denique est *mulier illa, de qua in Apocalypsi, circumdata purpura, & coccino, & inaurata auro, & lapide pretioso, & margaritis, habens poculum aureum in manu sua, plenum abominatione, & immunditia fornicationis eius.* Illa namque non nisi ostro & purpura induitur, auro onusta est, aurea vasa manu gestat, omnibus plane mortalibus honores, diuitias, dignitates ac beneficia offert: verum perfida illa meretrix

Apoc. 17.

quidquid periculi, discriminis, & damnationis sub auro latitat, occultat.

Vide in somnis Nabuchodonosor Rex statuat, cuius caput ex auro optimo erat, pedes autem & brachia è argento: ideo vero noctu apparuit, ne deformitatem eius Sol detegeret, nam venter & femora ex ære, tibia autem ferrea, pedum quadam pars erat ferrea, quadam autem fictilis. Eisdem quoque technis vitur ambitio: est namque statua, quæ non nisi magnatibus in vitis suis altum stertentibus sese manifestat: frontem auro ac diuitiis habet residentem, coronis vndique redimitam, brachia argento grauata; de die ad virtutis lucem sese detegere, & inter eos, qui procul à vanitatibus his vigilant, apparere non audet, ne æneum pectus ac stomachus æruginè vitiorum offuscatus, & pedes terrei, qui præter meram vanitatem nihil sunt aliud, hominum oculis paterent: in quos si minimus fortunæ fragor ac lapillus incideret, omnia in cineres ac puluerem redigerentur.

Hic porro in Euangelio veram eius imaginem, ac typum viuis coloribus adumbratum videbitis. Matrem inquam filiorum Zebedæi: quam Euangelista, vt verum ambitionis exemplar nobis proponit, cui par fortasse nulla vnquam in mundo exstitit. *Tunc accessit ad eum mater filiorum Zebedæi, cum filiis suis.* De hac igitur hodierna die muliere loquamur, eiusdemq; ambitionem paulo curiosius inuestigemus.

Mulier hæc quæ ambitione excæcata Mater hæc Christum accedit, ac filiis honorem & dignitatem petit, fuit Maria Salome vna earum, quæ passionis tempore in monte Caluarie Domino adhæserunt: vna quoq; earum, quæ summo mane Ierosolymis egredientes aromata tulerunt, quib. Christum sepultum vngerent; Vxor scilicet Zebedæi, duorum Apostolorum Jacobi Maioris, ac Joannis Euangelistæ mater, quos Dominus præ cæteris Apostolis caros habuit, vt pote, qui illos testes transfigurationis in monte Thabor, ac passionis socios in Oliueti monte habuerit. Hæc igitur fœmina cæca quadam ambitione incitata, vt filios suos ad honores & dignitates subuectos videret, hodie ad Christum accessit.

Mater hæc
filiorū Ze-
bedæi fuit
Maria Sa-
lomc.
Marc. 13.

fit, vt eidem de meliore nota eos commendaret: *Tunc accessit mater filiorum Zebedæi.*

II. *Matth. 10.*
 Euangelista, vt nobis mulieris huius importunitatem euidentius declararet, & ambitionis eius ardorem exaggeraret. *Tunc ait: vt eum scilicet ad Christum accesserit, quando de passione sua iam iam instanti loquebatur. Cum enim iam Apostolis diceret, Ecce ascendimus Ierosolymam, & filius hominis tradetur: tunc mater filiorum Zebedæi ei supplicatum venit pro filiis. Tunc, cum Iesus de passione loquitur, mulier hæc de ambitione loqui incipit: cum Christus de humilitate, supplicij, ac tormentis, deque morte sua ageret: mulier hæc non nisi honores, dignitates, ac quietem spirat. O sceminam execratam, sceminam imprudentem! non est sermo, nisi de cruce, & sermonem de mundo importuna ingeris.*

1. Reg. 12.
 An non insignis Dauidi fuit contumelia, Vriam Hethæum ad delicias inuitate, cum hæc eum oratione generosus ille miles adorsus est: *Arca Dei & Israel habitat in papilionibus, & Dominus in us loab & serui Domini mei super faciem terra manent, & ego ingrediar domum meam vt comedam & bibam:* Ego in delicijs viuam, & loab in armis: Ego in lecto suauiter stertam, & loab ad tubæ sonitum excubabit? An non tibi miles hic, mulier ambitiosa, pudorem incutit? vides hic Arcam illam fœderis, sacram illam Christi humanitatem, inter ipsos inimicos iam pœnè versari: audis magnum illum ducem non loab quidem, sed Christum Iesum, non nisi de morte, de cruce, traditionibus passione, doloribus, ac cruciatibus agere: & tu honores somnabis, tu ambitionem tibi finges.

III. *3. Reg. 1.*
 Magna sane Berthabec reginæ fuit importunitas, & non paruam impudentiæ signum, quod eum cõiugem suum ac Regem, lecto grauius laborantem decumbere, atque extremos trahere spiritus videret, non instar prudentis alicuius matronæ solamen ei aliquid attulerit, sed de ambitione eum interpellat. Maior adhuc Zebedææ huius fuit importunitas, nam cum Deum, Redemptorem ac Messiam suum, passionis instantis imaginatione angere videret, eum illum ad passionem properare, ac morti appropinquare cerneret,

tantum abfuit vt ei solatium aliquod attulerit & ægritudinem aliquam animi eius causam demonstraret: vt præter inanias, honores, dignitatesque nihil meditaretur.

An non, ô mulier vana, carnem hanc nostram, carnem, inquam, inanem ac superbientem designas? ita sane. Video enim cum animus ac mens de passione Iesu Christi, de ieiunijs, de pœnitentia, loqui aut cogitari incipit, tunc carnem hanc superbam & elatam non nisi honores, voluptates, delicias ac iucunditates spirare. Cum spiritus de morte gestit meditari, tunc carnem hæc, non nisi de

Gen. 19.
 tripudijs, gaudijs ac iocis cogitare. Stulta siquidẽ caro id ipsum plane spiritui facit, quod nefaria filia Lotho patri. Loth enim è Sodoma ac Gomorrhæ incendijs liberatus cû pauidus ac tremebundus per agros fugiens, horrenda Dei iudicia secum volueret, rationemque eadem declinandi excogitaret, filia non nisi incestum spirabant, aliud non somniantes, quã cum dispendio honoris voluptatibus operam dare, vnicam sibi ebrietatẽ proponendo. *Dixitq; maior ad minorem, veni, inebriemus eum vino dormiamusq; cum eo.* Ita quoque cum miser ille spiritus è Sodoma peccati, instat Loth, liberatus, diuinam iustitiam secum voluit, ac pœnas quas Deus peccatoribus destinauit sibi proponit, *Tunc, eodem scilicet momento, nefanda illa filia, caro, inquam, & concupiscentia, omni eum ratione vino voluptatis inebriare conantur, & cum eo in tartareo peccati lecto adulterium committere: Tunc te ô spiritus, ô anima titillanti*

Allegoria.
Iudic. 11.
 Ac imitare magnum illum ducẽ Iephte, atque ille cum nefaria tua carne agere par est, Reuersus enim à eadẽ Ammonitarum, domumque voti quod in bello Deo vouerat, soluendi ergo profectus, filiam gaudio & lætitia exultantem, patrique tam prosperum belli euentum gratulantem, ac choros virginum ducentem, obuiam habuit: quam vt conspexit, quamprimum destinat are ac Deo immolare constituit. O anima, ô Iephte, quando de peccatis, quæ veluti hostes te circumdant, triumphum agis, post læulentam scilicet ac legitimam confessionem, vbi eadem subacta vidisti, teque ad pœnitentiam,

centiam pro ijs agendam conuertis, satisfactiois vota complectura, si caro filia illa tua ouans praeluget, non nisi risum, voluptatem, iocum, tripudia, aliasque inanes delicias quaerens & ambiens, occide, vre, seca ac Deo immola, nam sacrificium Deo spiritibus contribulatus.

Phil. 50.

Oratio matris filiorum Zebedaei.

Tum importuna igitur hora accessit ad eum mater filiorum Zebedaei, adorans & petens aliquid ab eo. Quid ais mulier, quid postulas. Fare, age, cloquere ambitionis tuae conceptum: Quid vis? Dic & sudeant hi duo filii mei, vnus ad dextram & alter ad sinistram. Impetrata igitur loquendi facultate, genibus in terram prostratis, & adorans, hanc ei petitionem declarauit: Scio Domine potentem te Regem esse. Saep enim id ipsum declarasti, merita tua satis insinuant. Hinc est quod duos hosce filios tibi quam diligentissime commendem: sunt enim vnicum senectutis meae solacium, ac longo iam tempore tuo eos obsequio destinavi: hoc ei honori est, quod tui sint ac propinquiores habeas neminem: quamobrem alienis & externis eos praepone, ac praecipuas eis dignitates in regno tuo impertire: Iacobus maior a dextris, Ioannes vero natu minor a sinistris confideat. Notate arrogantiam & ambitionem illam non vulgarem. Fierine potest, vt huiusmodi in muliebri pectore dominetur? ita sane, ac saepius quam in virili & heroico. An non Eua prima fuit quam terra haec ambitionis pestis inuasit: quippe quae diuinitatem affectabat?

Ambitio semper in rebus abiectissimis.

Gen 8. Ambitio hederæ comparatur.

Quare non multum aberrauero, si ambitionem hederæ similem esse dixerò: quae quamuis semper virens, parietibus tamen vetustate oblitis ac contractis macerijis vt plurimum adhærescit: ad quarum fastigium & summitatem cum paulatim serpat, sensim quoque parietes exedit ac tandem penitus disijcit. Ad eundem quoque modum ambitio humiles vt plurimum aggreditur, animas inquam in sordibus ac peccatis putrescentes, ac prauis affectibus in muliebrem naturam degenerantes; quas vbi semel inuasit, sensim erodit ac dererit: donec tandem cum ad apicem ac principem earum partem peruenit, penitus vno imperu disijciat ac de-

struat. Est & aliud vile arbuti genus, quod viscum appellatur, quod humi nunquam crescit, verum in aliarum arborum summitatibus: quoque magis illa senio aut annis obsoleta sunt ac quodammodo euanescentes quo illud laetius proueniat & magis luxurietur. Huius naturæ ipsa est ambitio: quæ nunquam in locis humilibus animo; humilia sapiente radicem figit; sed in summis illis superbientium & elatorum animorum iugis, qui quo magis obsoleti, ac peccatis corrupti sunt, quo illa sublimius exurgat ac radices agat profundius.

Ecce egregiam huiusce rei in factis literis parabellam. Cum olim arbores comitis indicis Regem qui eas tum regeret, tum tueretur creare constituisset: nullo ex tanto arborum numero quæ regno sese parem & oneribus sustinendis iudicaret, præter rhamnium reperta fuit: oliua, ficus, vinea, & reliquæ arborum principes honorem illum à se reiecerunt, & vnica rhamnium sese regno dignissimam iudicauit: Dixoruntque omnia lingua ad rhamnium, Veni & impera super nos? quæ respondit, Si vere me regem vobis constituitis, vinito & sub umbra mea requiescite. An non hic figura est in generosas illas & heroicis mentes ambitionem nihil posse, viles vero & plebeas vt plurimum inuadere ita vt vbi merita virtutesque defunt, ambitio locum occupet. Referunt moderni scriptores qui Indiae Occidentalis miracula describere, herbam in Brasilia esse quæ in arenosis locis plantata crescat & vireat: in fecundo solo ac frugifero exarescat. Eiusdem mihi ambitio conditionis esse videtur, quæ in arena peccati consista crescat, inter deserta virtutibus carentia vireat & effloreat, ac in fertili solo, in anima sc. virtutibus exornata, deficiat & exarescat. Videte modo eam in muliebri pectore, in scæmina nautica, in piscatoris coniuge, exerentem cornua: quæ adeo vehementer eam exagitat, adeoque sublime subleuat, vt regnare & dignitates regias filijs suis audeat postulare. Quam importunam mulieris petitionem Redemptor noster admiratus grauiter commotus, ac veluti iratus respondit, Quid vis mulier?

© dulcissime & clementissime Iesu, vnde tam-

Ambitio similis est visco, quod in arboribus crescit.

Indic. 9. Parabellam

Succo omni se fecit trahit ter b

1. Co

de tanta in verbis tuis modo acrimonia; qui tanta haecenus semper benignitate interrogantibus respondisti? qui sic ut ita rigide supplicem tibi mulierem, affinem, ac materem tuam alloquaris? An non meministi eius, quod olim roties inculcasti. *Quid quid oran es petitis, credite quia accipietis?* Herodes Herodiadis filiae olim cum iuramento promissit; omnia sese illi, quidquid demum petisset donaturum. *Et iuravit ei, Quidquid petieris, dabo tibi licet dimidium regni mei* Salomon Rex Bethsabeae matri palatium ingressae iuravit, omnibus eius sese petitionibus satisfactorum, eamque ad latus suum in solio collocavit: *Et dixit ei Rex, peto mater meam; inquit enim facta est, ut auertam faciem tuam.* Et tu Domine supplicem tibi mulierem repellis, cum tamen affinitate coniuncta sit, tanto te amore & honore prosequatur, teque supplex adoret. Sciebat nimirum Dominus petitionem eius nullius omnino momenti ac friuolam esse, ac proinde ait illi: *Quid petis?* Videt. & agnoscit, supplicationem inane esse, atque ambitione plenam; hinc factum est, ut aures ab ea auerterit, eamque a se ablegarit.

Succinum omnes ad se festucas trahit prae-ter basilicum.

Succinum eius esse naturam perhibetur, ut omnes ad se festucas & herbas attrahat, praeter basilicum, quod naturali quadam antipathia a se reiecit, ac cui penitus resistit: Porro huius rei, naturalium rerum scriptores hanc esse causam aiunt, quod basilicum caputosa sit herba, quae noxiis cerebrum vaporibus ac fumosis exhalationibus oppleat, atque ideo a succino eam reiecit ac repellit. Iesus Christus, ut Paulus ait, Lapis est, *Petra autem erat Christus*: verum succinum est, os vero omnes ac reliqua creaturae in se festucarum, has caeleste illud succinum ad se trahit, omnibus gratiam largitur, ad omnes misericordia sua se extendit: praeterquam ad ambitiosos, quos Basilicum designare videtur, quemadmodum enim herba illa cerebrum fumosis oppleat exhalationibus; ita quoque ambitio mentem phrenesi, inanijs, superbia, chimarijs, ac furijs complere consuevit. Succinum nostrum Christus, omnes alias ad se creaturas alliciens & inuitans; h solum resistit; ambitiosos solos & non alios,

Tom. I. Bessai Quadrang.

a se reiecit, ut hodie etiam cognatos suos ambitione laborantes ablegarit, dicens: *Nescitis quid petatis.*

Non est igitur, quod amplius inclames o mulier, *Dic ut sedent hi duo filii mei.* Audiat nempe stulta mater dicentem sapius Dominum tertiam sese resuscitandum die, atque ab eo tum tempore regnum suum inchoandum. Sciebat etiam duas in regno Israel dignitates esse, in quas proxime susceptum ipsum deberet descendere: vnam quidem sacram, dignitatem videlicet summi Pontificatus, qui ea tempestate a Caipha tenebatur; cuius erat de sacrificijs, de legibus deq; cultu diuino prospicere, quique in omnia in hac potestatem habebat: alteram vero temporalem, ad reipub. & regni gubernationem spectantem, quam Herodes per Iudaeam, Tiberii Caesaris auctoritate administrabat. Intellexerat deinde a filijs Christum Petro Ecclesiae primatum pollicentem fuisse. His omnibus igitur probe cognitis & perpensis, Christum praesumpsit accedere, atq; ab eo, ut filij eum praecederent, enixe contendere, dicens: *Dic ut sedent hi duo filii mei*, quasi dicere voluisset. Scio te Domine propediem ad regnum Israel sublimandum, & quoniam dignitates in aula tua conferendae sunt, ecce accedo ad te cum filijs, ut eorum aliquam rationem habeas: aequum namque est te cognatos & affines alijs non postponere. Utinam dies illa aliquando eluceat Domine, ut te in regem constituto, vnum filiorum meorum in locum Caiphae in Pontificatu succedentem videam, & alterum in Herodis Rempubl scilicet & sacra, caeremoniasque tuis auspicijs, sub imperio tuo moderantes.

O stulta mater, & stultiore filij, nescitis quid petatis. De quo regno loqueris mulier? an de temporali ac terreno; ut audies propediem, me dicentem, regnum meum non esse de hoc mundo. An vero de caelesti? *Ioan. 2.* an non meministi olim me dixisse: *Quo ego vado, vos non potestis venire.* Creaturae, Seraphini ac Cherubini eo nequeunt peruenire; locus ille soli mundi Redemptori reseruatus est, *Qui sedet ad dextram Patris.* An non tibi *Psal. 44.* sufficit arrogans mulier, filios tuos, piscatu vitam tolerantes, plebeios, & nauticam ex-

ercentes, in Apostolos, in mundi Principes ac capita Ecclesiarum esse constitutos? *Constitues eos Principes super omnem terram.* an maiori ad huc eos in dignitate positos videre gestis? Meminisse te oportet vororum & profissionis olim ab ijs factae, *Eccen nos reliquimus omnia & secuti sumus te:* & ecce iam eos iterum in mundo vis emergere, eosque ambitionem, quam ignorabant edocere. anne ignoras venenatam illam pestem Angelis exitium attulisse, primos mundi incolas perdidisse, Absolonem denique & Adoniam, Abimelech, Amanum, ac plures alios, hac misere inescatos miserum in modum periisse? Idem profecto filiis tuis scias imminere, quos ambitione tua excæcare iam satagis, dicens: *Dic ut sedent. &c.*

Sueton. Nerone. Idem sane ambitionis furij exagitata fuit Agrippina Neronis mater, quæ cum cõsulio oraculo filium ad imperium quidem perueniturum didicisset; verum in Imperio matri necem allaturum, ambitione excæcata respondit: *Occidat mo o imperet.* Eius namque ambitiosus genij ac naturæ est, ut se inaque perdere non reformidet, modo desideratam dignitatem nascatur.

Ambitiosus tam calidæ tam feruidæ omniaque digerendæ draconis naturæ draconem esse, ut cum potu sese paratur. Solinus. Tradunt naturalium rerum scriptores, satiare nequeat apertis semper faucibus ventos capret! uti hac ratione inclusum intrinsecus ardorem, æstumque intus adurentem extinguat ac temperet: quin etiam si in mari plenis velis ac vento secundo exspatiantes naues videat, magno impetu eas præuertat, quo hac ratione aliquem ventum capret, ut sese vna cum nauibus sæpe numero perdat ac collidat. Huiusmodi quoque draco ipse ambitiosus est; adeo quidem cupidus & insatiabilis, ut nulla in mundo dignitas, quæ eius cupiditatem expleat, repetatur, hinc semper apertis & hiantibus faucibus ventos caprat, ad omnes novas occasiones excubat & anhelat: ita ut aliorum qui felici fortunæ vento in mundi æquore seruntur, felicitati inuidens, eosque adiciens & inuadens, sese cum ijs non raro in exitium & interitum pertrahat. Vti in hac matre videmus, quæ fortunam salutemque propriam negligit, ac perdere satagit,

modo Petri fortunam euertat, & filios in eius locum subroget. *Dic ergo, iube, fac ut filij mei sint veluti Iosephi sub Pharaone in Ægypto, Danieles sub Dario in Babylone, Mardochei sub Assuero in omnibus regnis eius.*

Nescitis quid petatis: cum sc. honores filij Gen. 43. tuis petis o mater, quid petas nescis. Tale olim responsum Salomon Betisabæ dedit, Dan. 1. quando nempe illa palatium ingressa, Abisag Sunamitidem filio suo Adoniarum in vxorem petiit. *Quare postulas Abisag Sunamitidem vxorem postula ei & regnum?* ita quoque & vos 3. Reg. 1. Zebediadæ, Nescitis quid petatis: cum inanes mundi dignitates ambitis, misellos honores petitis, vere nescitis quid petatis: cur non potius cœlestem illam gloriam regni; sempiterni beatitudinem postulatis.

Superba hæc discipulorum postulatio re- Iulij Cal. uocat mihi in memoriam, non minus arro- ambitio. gans Iulij Caesaris dictum. Hic cum quodam Plutarch. in tempore Alpes transiens oppidulum quoddam prætergrederetur, & centuriones tribunique ab eo per iocum peterent, num & illinc contentiones æmulationesque de principatu essent, respondit: *Mallet hic primus esse, quam Roma secundus.* O intolerandum elati animi iudicium! Eadem profus horum discipulorum fuit ambitio, quippe qui primi esse maluerunt in mundo, quam in cœlorum regno secundi. O cœcos! *Nescitis quid petatis,* cum mundi honores & inanes titulos ambitis. Laudat Maximus Valerius & merito sane regem, cui cum diadema vna cum regno oblatum esset, prius quam capiti imponeret, mauid accipiens dixit: *O nobilem matris quam felicem pannum! si te homines cognoscerent, ne huiusmodi iacentem tollere vellunt.* Stob. serm. 49.

Ad eundem ferme modum olim Antigonus Rex vetulæ eius felicitatem ac beatitudinem deprædicanti respondit: *Si nosset, o mater, quantis matris huius panniculus est pretiosus (diadema regium ostendens) ne in si erquilinio quiddam iacentem tollas.*

Vere, inquam, *Nescitis quid petatis:* cum ibid. 7. c. 1. quietem ante laborem postulatis, pacem ante bellum, mercedem ante opera, triumphum denique ante victoriam, *Nonne oportuit Christum pati, & ita intrare in gloriam suam:* actum

ac tum demum quiete frui? nescitis igitur quid petatis, cum super Christum extolli vultis, cum prerogativas, cum exemptiones petitis, quas Christus nunquam habuit, aut quaesivit: *Non est enim discipulus supra magistrum.*

Quamobrem non est meum dare vobis. Hanc vobis postulationem annuere nequeo, nisi prius pugnetis: non est meum, id est, non debeo: non est par vobis gloriam dare prius, quam aliquid sustinueritis: illa enim veluti debita merces & remuneratio non nisi bene pugnantis conferitur.

Narrat in Apophthegmatis Plutarchus, Antigonom secundum Demetrii filium, adolescenti cuidam, nobilis quidem ac generosi patris filio, sed ignavo alioquin ac inertis, stipendium ac remunerationem laborum quos parer in regis olim gratiam subierat, postulanti, regium ac sese dignum responsum dedisse: *Ego, mi adolecens, mercedem & munera dare propria non paterna virtutis causa dignus soleo.* Eodem profus modo, licet tacite, Christus Rex noster Zebediadis hisce mihi visus est respondisse: Remunerari non soleo eos, quorum nulla sunt merita: & cum vos o Apostoli, nondum tale quid promerueritis, non est meum dare vobis.

Magist. 12.

Quamobrem Christiani nihil unquam huiusmodi postulate, talibus amplius nolite caelum votis ac precibus fatigare: nolite in hoc discipulos hosce ambitiosos imitari: aut inaniter efferti, nec honores aut vanos dignitatum titulos affectare, nihilque amplius postulare, quam quod ad hanc vitam tolerandam necessarium sit: caetera enim quid obsecro sunt aliud quam vanitas, liquidum nihil, ac fumi vapor? quae cum petitis, ne scitis quid petatis.

Plutarch. Apophtheg. Reg.

Vere, inquam, Domine Jesu, nescimus quid petamus, quando ipsum Nihil petimus, & Omne reicimus, quando punctum rogamus, & infinitum contemnimus: quando temporalia quaerimus, & aeterna amittimus: quando terram desideramus, & caelum caelestiaque negligimus: denique quando ad mundi honorem aspiramus, & de aeternae beatitudinis gloria ne minimum quidem solliciti sumus: nos velut in tenebris ambulare ac ca-

cutire ostendimus. Hanc igitur nobis gratiam concede, ut ambitiones has, infernales illos appetitus, inexplebiles illas cupiditates ex animo euellamus & penitus contemnamus. Haec porro unica nobis sit gloria & ambitio, quam Apostolo Paulo praeter ceteris constat placuisse, qui in sola cruce gloriam collocabat, *absit mihi gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi.* Unica haec nostra sit gloria, quam regius vates ambiit, cuius omnis ambitio in te solo diligendo sita erat, dicens: *Et a te quid volui super terram: Maior nostra non sit ambitio, quam fuit illa Salomonis regum omnium sapientissimi, qui omne mundi gloriam ludibrio habens, ait: Vanitas vanitatum & omnia vanitas.* Denique omnis nostra ambitio sit integrum tibi obsequium deferre, perfectum amorem exhibere, ac fideliter in hoc mundo adorare, ac demum in altera vita te oculo ad oculum contemplari. Aetna.

Gal. 6.

Psal. 72.

Eccles. 1.

FERIA V. POST DOMIN. II. QUADRAGESIMAE.

Partitio.

- 1 De noxa diuitiarum.
- 2 De diuite purpurato.
- 3 De epulone.
- 4 Qualis sint diuites erga Lazaros.
- 5 De vtriusque morte.

Homo quidam erat diues, & induebatur purpura & bysso, & epulabatur quotidie splendide. Luc. 16.

FIGURA.

PRÆCEPIT in Leuitico DEVS, ut sum. Leuit. 16. mus Pontifex duos in templum hircos coram Domino, ad ostium tabernaculi adduceret: quorum vnum Domino immolaret, alterum iniquitatibus totius populi & imprecationibus variis grauatum in desertum emitteret. Quo quid aliud, quam diuersae sortes, quibus duo illi, quos in Euangelio hodierno descriptos habemus expositi fuisse, significatur. Videmus hic enim, non iam duos hircos, sed animalia duo rationis usum habentia, vnum scilicet diuitis abundantem, qui totum vitam